



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

332 An in genere propter conditiones aliquas extrinsicas non impletas
redeatur ad beneficium pristinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

solas quasdam leges extrinsecas non impletas ad restituendum beneficium nequit agi, sed ad huiusmodi leges implendas duntaxat; præsertim si beneficium vicissim acceptum nõ restituatur nec offeratur. Et generaliter quidem tradere videtur Baldus ad l. si pecuniam. vers. si autem vnus impleuit, sed alter incepit neque tamen consummauit. *π.* de conditione causa dati causa non sec. pœnitentiæ non esse locum in permutationibus quando ex vna parte totum est impletum & ex altera parte saltem aliquid est impletum circa partem permutationis intrinsecam, si pœnitentia talis alteri parti damnum esset allatura. quod plenius ibidem luculentiusque prosequitur Bartolus aliique DD. nostri. Quæ tamẽ doctorum nostrorum traditio satis mihi suspecta videtur in casum quo permutans ille qui ad suum beneficium vult redire propter non impletam pensionis creandæ conditionem, beneficium ab altero acceptum restituere paratus est & offert: nam siue sint extrinseca siue sint intrinseca quæ restant implenda, si non impleantur, certum est conditionem. i. legem seu modum permutationis defecisse, ideoque per consequens tanquam permutatione non impleta liberum esse reuerti per vias competentes ad beneficia pristina. Sed horum satis: dicamus nũc pro coronide pauca quedam de triangularibus istis beneficiorum permutationibus.

332
An in genere
propter con-
ditiones ali-
quas extrin-
secas nõ im-
pletas redea-
tur ad bene-
ficium pristi-
num.